Gemeinsam ist diesen beiden Kommentaren zu *De anima* die häufige Berufung auf den Kommentator, auf Averroës (ut vult commentator, usw.). Wir haben hier jedenfalls eines der ältesten Beispiele des Einflusses des Averroës auf die Aristoteleserklärung der Artistenfakultät vor uns¹. Indessen ist hier speziell in den Textabschnitten vom intellectus possibilis und intellectus agens von Anfängen des späteren Pariser lateinischen Averroismus keine Rede. In dem Textstück des Berliner Kommentars ist einmal auch die glossa zitiert. Auch in der *Compilatio de libris naturalibus*, die der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts angehört, finden sich solche Hinweise auf eine Aristotelesglosse². Weiterhin berufen sich beide Kommentare auf verschiedene Lesearten bzw. Übersetzungen (alia translatio, secundum aliam translationem). Cl. Baeumker hat schon in der spätestens um 1215 verfaßten Schrift *De motu cordis* des Alfred von Sareshel die Benützung einer griechisch-lateinischen Übersetzung von *De anima* nachgewiesen. Zur Zeit, da die beiden Kommentare des Magister Adam zu dieser aristotelischen Schrift entstanden, stand auch schon die von Michael Scottus angefertigte arabisch-lateinische Übersetzung zur Verfügung³.

¹ Vgl. über das Eintreten des averroistischen Schrifttums in die Scholastik R. de Vaux O. P., La première entrée d'Averroës chez les Latins. *Revue des sciences philosophiques et théologiques* 22 (1933) 193-245. A. Birkenmajer, Le rôle joué par les médecins et les naturalistes dans la réception d'Aristote au XII^{me} et XIII^{me} siècles, Varsovie 1920, 9 ss.

² M. Grabmann, Forschungen über die lateinischen Aristotelesübersetzungen des XIII. Jahrhunderts, Münster 1916, 86. M. de Boüard kommt in seiner Untersuchung und teilweisen Edition dieser *Compilatio de libris naturalibus* (Une nouvelle Encyclopédie médiévale: Le compendium philosophiae, Paris 1936) im Kapitel: Les sources du Compendium Philosophiae auf diese Glossa nicht zu sprechen.

³ Cl. Baeumker, Die Stellung des Alfred von Sareshel (Alfredus Anglicus und seiner Schrift *De motu cordis* in der Wissenschaft des beginnenden XIII. Jahrhunderts. Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philo

Wenn wir nun die Textteile über den intellectus agens beider Kommentare mit einander vergleichen, so gewahren wir neben großen Ähnlichkeiten auch bemerkenswerte Verschiedenheiten. Namentlich bringt jeder der beiden Kommentare eigene und selbständige Darlegungen, die dem anderen fehlen. Aristoteles geht im 5. Kapitel des 3. Buches von *De anima* zur Begründung der Wirklichkeit des tätigen Intellekts von den zwei Faktoren im Naturgeschehen, vom Stoff und von der Ursache oder wirkenden Kraft aus. Der bisher bekannte, in mehreren Handschriften überlieferte Kommentar unterscheidet in der *res naturalis* dreierlei, etwas was sich als *materia* verhält, dann ein *agens* oder *efficiens* und ein *tertium, quod ab agente derelinquitur*. Dieses *tertium* drückt hier Aristoteles nicht aus. In der Übertragung dieser Analogie auf den Intellekt ergibt sich die Dreiheit: *intellectus possibilis*, *intellectus agens* und *intellectus adeptus*. In der Annahme des *intellectus adeptus* zeigt sich der Einfluß des Averroës. Der Berliner Kommentar unterscheidet im Naturgeschehen nur zwei Faktoren: das, was sich als *Materie* verhält und in *Potenz* ist, und die *Wirkursache*. Darnach sind in der menschlichen Seele zwei Formen des Intellekts, der *intellectus possibilis* und *intellectus agens* zu unterscheiden. Dieser Kommentar gibt auch eine eingehendere Begründung für die Notwendigkeit der abstrahierenden Tätigkeit des *intellectus agens*.

Im Anschluß an den aristotelischen Text behandeln beide Kommentare das Verhältnis von *intellectus possibilis* und *intellectus agens*, indem sie die Gemeinsamkeiten und Verschiedenheiten herausarbeiten. In Bezug auf die Gemeinsamkeiten geben beide Kommentare als Eigenschaften des *intellectus agens* und *possibilis* an: *separatus a materia, impermixtus corpori, impassibilis*. Hingegen weichen sie in der Bestimmung der Verschiedenheiten namentlich in der Reihenfolge nicht unerheblich von einander ab. Der in mehreren Handschriften überlieferte Kommentar führt drei oder vier *differentiae* auf.

1. Der *intellectus agens* ist *substantia in actu* ohne jede *Potentialität*. Der *intellectus possibilis* dagegen ist *substantia ens in potentia*.
2. Die *scientia* oder *actio* des *intellectus agens* ist ein und dasselbe

sophisch-historische Klasse, München 1913, 35-40. *M. Grabmann*, a. a. O. 190-198. Im Clm. 9531 und im Cod. Vat. lat. 2215 stehen diese beiden Übersetzungen von *De anima*, die ältere griechisch-lateinische und die arabisch-lateinische Übersetzung, neben einander gestellt. Die durch Wilhelm von Moerbeke vorgenommene Revision der älteren griechisch-lateinischen Übersetzung kommt natürlich für den Kommentar des Adam von Bofeld nicht in Betracht.

mit der Substanz dieses Intellekts und deshalb sind beide die *scientia sive actio* und die Substanz des tätigen Intellekts zugleich. Der *intellectus possibilis* aber ist der Zeit nach in einem bestimmten menschlichen Individuum früher als seine *scientia* oder *operatio* und auch früher als die *scientia* des *intellectus agens*. 3. Der *intellectus agens* ist nicht in der Zeit, er ist *semper intelligens*, wenn wir ihn gebrauchen. Der *intellectus possibilis* ist in der Zeit. Diese Verschiedenheit läßt sich auf die vorhergehende zurückführen. 4. Der *intellectus agens* ist seiner Substanz und Tätigkeit (*intelligere*) von der Materie trennbar und unvergänglich (*incompactibilis*). Indessen ist der *intellectus possibilis* in seiner Tätigkeit von der Materie nicht trennbar und vergänglich (*compactibilis*). Er ist tätig durch Vermittlung einer materiellen, an den Körper gebundenen Kraft, wie eine solche die Phantasie ist. Der Berliner Kommentar bringt folgende Verschiedenheiten zwischen *intellectus agens* und *intellectus possibilis* : a) Der *intellectus agens* ist immer im Akt, der *intellectus possibilis* immer in Potenz. Es wird dies auch mit Berufung auf Averroës begründet. b) Der *intellectus agens* ist immer dem Akt nach wissend, der *intellectus possibilis* hingegen nicht, da in ihm das Wissen der Potenz nach zeitlich früher ist als das Wissen dem Akt nach. c) Der *intellectus agens* betrachtet das, was er dem Akt nach weiß, nicht bloß dann und wann, sondern immer *actualiter*, was beim *intellectus possibilis* nicht der Fall ist. Der Berliner Kommentar bringt dann noch Ausführungen über das gegenseitige Verhältnis und die Anordnung dieser drei Verschiedenheiten, die im anderen Kommentar fehlen. d) Der *intellectus agens* ist von der Materie gänzlich sowohl der Substanz wie auch der Tätigkeit nach getrennt und deshalb unvergänglich und immerdauernd (*incompactibilis et perpetuus*). Der *intellectus possibilis* ist wohl der Substanz nach von der Materie getrennt, aber nicht der Tätigkeit nach. Er ist deshalb zwar der Substanz nach, aber nicht der Tätigkeit nach unvergänglich. Es läßt sich nicht leugnen, besonders wenn man die Texte genauer vergleicht, daß die beiden Kommentare in der Darstellung der Lehre vom *intellectus agens* nicht unerheblich von einander abweichen. Von bloß redaktionellen Änderungen und Verschiedenheiten kann keine Rede sein. Daß es sich um zwei selbständige, nicht auf einander zurückführbare Kommentare handelt, ist auch daraus ersichtlich, daß jeder dieser zwei Kommentare im Rahmen der Lehre vom *intellectus agens* umfangreichere selbständige Stücke bringt, die der andere nicht hat. Es wird dies

natürlich auch in den anderen Teilen dieser Kommentare der Fall sein. Im Berliner Kommentar findet sich im Anschluß an den aristotelischen Text eine längere Darlegung darüber, daß der intellectus possibilis nach dem Tode keine Erinnerung mehr besitzt. Magister Adam nimmt hier Aristoteles gegen den Vorwurf der Häresie in Schutz (*non est hic haereticum*). Nach dem Tode weiß der Intellekt alles, was er im Leben getan hat, und zwar nicht mittels der Phantasie oder des Erinnerungsvermögens, sondern auf die Art und Weise wie die anderen Geistwesen (*separate intelligentie*) erkennen. Der Berliner Kommentar bringt hier auch die vierfache Unterscheidung des intellectus bei Averroës: intellectus passivus (= *virtus imaginativa*), intellectus possibilis, intellectus agens und intellectus speculativus sive adeptus.

Der andere Kommentar behandelt am Schlusse der Erklärung der aristotelischen Lehre vom intellectus agens die Frage: *Utrum una et eadem sit substantia intellectus agentis et possibilis*. Er führt hier verschiedene Anschauungen auf, für welche auf den später folgenden Text selber verwiesen sei, und erwähnt am Schluß die Ansicht vieler theologi, welche Gott und den intellectus agens identifizieren. Der hl. Thomas erwähnt diese Theorie in II. Sent. dist. 17 q. 1 a. 2 und lehnt sie in der *Quaestio disputata de anima* a. 4 ab. Die Ansicht begegnet uns unter dem Einfluß der augustinischen Illuminationstheorie bei einzelnen Franziskanertheologen, besonders bei Roger Bacon, der sich hiefür auf Robert Grosseteste und Adam von Marsh beruft. In der zwischen 1308 und 1328 allem Anschein nach von einem deutschen Dominikaner verfaßten Zusammenstellung von Deutungen der aristotelischen Lehre vom νοῦς ποιητικός, die im Cod. B III 22 der Universitätsbibliothek Basel erhalten und von mir ediert ist, steht an zweiter Stelle diese opinio quorundam theologizantium¹.

Der gleiche Kommentar zu *De anima* beruft sich auf die Theologen und nennt Augustinus ausdrücklich in einer anderen Frage, die er etwas später nicht mehr bei der eigentlichen Lehre vom intellectus agens darlegt. Ich bringe am besten den Text selber, wobei ich den Cod. F 318 (fol. 218^v) der Stadtbücherei von Erfurt zugrundelege.

¹ Vgl. *M. Grabmann*, Mittelalterliche Deutung und Umbildung der aristotelischen Lehre vom νοῦς ποιητικός nach einer Zusammenstellung im Cod. B III 22 der Universitätsbibliothek Basel. Untersuchung und Textausgabe. Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Abteilung, München 1936, 8-10.

Consequenter ibi: *Utrum autem* tangit istam dubitationem, quam relinquit insolutam et est: Utrum intellectus non separatus a corpore, cuiusmodi est intellectus hominis, possit intelligere aliquid simpliciter separatum a materia. De quo dicit posterius considerandum, quod forte facit, quia hec questio non pertinet ad physicum, sed magis ad metaphysicum. Secundum Aristotelem in hoc libro videtur habere dubitationem, que pars scilicet dubitationis sit danda. Vult enim in hoc libro et in multis, quod intellectus non intelligit sine fantasmate. Cum igitur predicta separata, ut sunt separate substantie, et etiam substantia intellectus ut hominis non comprehendantur a sensu et ita nec ab ymaginatione nec a fantasmate, videtur, quod intellectus hominis nec substantiam a materia separatam intelliget.

Ad quod posset forte dici secundum theologos dicendo, quod anima duas habet facies, unam superiorem et aliam inferiorem. Et per faciem superiorem intelligit se et alias substantias separatas et iste intellectus non est mediante fantasmate nec intendit in hoc libro ex intentione de isto modo intelligendi. Secundum autem faciem inferiorem intelligit omnia hec inferiora. Qui quidem intellectus non fit sine fantasmate. Sed istum modum respondendi, non videtur intellexisse Aristoteles, sed forte secundum Aristotelem posset responderi sic, quod anima sive intellectus creatus in corpore creatur in potentia, ut perficiatur cognitione omnium et scientia tali ordine, ut primo perficiatur cognitione et scientia sensibilibus, que quidem cognitio non completur nisi mediante sensu et ymaginatione et ita non sine fantasmate. Cum autem jam perficitur cognitione per actum talem, tunc abstrahit se et separat ab ymaginatione et sensu et sic separatus intelligit se et intelligendo se intelligit alias substantias separatas. Sicut enim vult Augustinus, nisi esset intellectus admixtus cum fantasmate certissime intelligeret se, sic igitur separando se ab ymaginatione et sensu potest intelligere separata, licet non sit simpliciter separatus. Pauci tamen sunt qui hoc modo suos intellectus separant et sic intelligunt. Et si qui fuerint tales, forte non sic diu sunt separati neque sic intelligentes. Et hoc est, quod volunt sancti, quod nos non intelligimus substantias separatas nisi ad modum fulguris. Hoc autem est in ictu oculi.

Es ist nicht ohne Interesse, daß hier auch mit Berufung auf Augustinus die von Aristoteles zurückgestellte Frage, ob der menschliche Geist während des Erdenlebens rein geistige Substanzen schauen könne, eingehender erörtert wird und dafür Lösungen gebracht werden.

Der hl. Thomas begnügt sich in seinem Kommentar (In III. De anima lect. 12) damit, die Tatsache, daß Aristoteles diese Frage hier nicht löst, festzustellen und zu erklären: Deinde cum dicit « utrum autem » movet quaestionem de his quae sunt separata a materia secundum esse, dicens, quod posterius considerandum erit, utrum contingat intellectum nostrum non separatum a magnitudine, id est a corpore, intelligere aliquid separatorum, id est aliquam separatam. Haec enim quaestio hic determinari non potuit, quia nondum erat manifestum esse aliquas substantias separatas nec quae et quales sint. Unde haec quaestio pertinet ad Metaphysicam; non tamen invenitur ab Aristotele soluta, quia complementum huius scientiae nondum ad nos pervenit vel quia nondum totus liber est translatus vel quia forte praeoccupatus morte non complevit. Considerandum tamen est, quod intellectum hic dicit non separatum a corpore, in quantum est potentia quaedam animae, quae est actus corporis. Supra tamen dixit eum a corpore separatum, quia non habet aliquod organum deputatum suae operationi. In seiner Summa contra Gentiles hat der hl. Thomas nicht weniger als fünf Kapitel dazu verwendet, um die averroistische Lehre, daß wir hienieden die reingeistigen Wesen (substantiae separatae) erkennen und schauen können und daß in dieser Erkenntnis unsere höchste Glückseligkeit besteht, eingehend zu widerlegen. Auch die unter dem Einfluß des hl. Thomas von Aquin stehenden Pariser Aristoteleskommentatoren lehnen diese Theorie ab. Um nur einen hier zu erwähnen, so hat Radulfus Brito in seinem ungedruckten Kommentar zu De anima sich eingehend mit dieser Frage (Consequenter queritur circa questionem, quam philosophus movet in littera et non solvit scilicet de cognitione substantiarum separatorum utrum intellectus noster in hac vita possit cognoscere substantias separatas) befaßt, die verschiedenen Ansichten aufgeführt und einer scharfsinnigen Kritik unterzogen und folgende Lösung geboten: Primo dicendum est aliter, quod intellectus coniunctus corpori potest cognoscere substantias separatas, quia sunt. Secundo dicendum, quod non potest cognoscere de eis quid sunt complete. Tertio, quod incomplete de eis possumus cognoscere, quid sunt (Cod. Palat. lat. 1059 fol. 33^r-34^v). Siger von Brabant hat in seinem Kommentar zu De anima die Frage: Utrum intellectus noster coniunctus corpori possit intelligere substantias separatas dahin beantwortet, daß nach der Lehre des Aristoteles wir hienieden eine Erkenntnis von den substantiae separatae besitzen, die allerdings keine cognitio essentialis ist. Siger nimmt

hier auch zugunsten der averroistischen Lehre Stellung gegen den hl. Thomas von Aquin, den er eigens nennt¹.

Ich bringe nunmehr die Texte über den intellectus agens, wobei ich das Textstück aus dem bisher schon bekannten, in mehreren Handschriften überlieferten Kommentar mit A, den Kommentar der Berliner Handschrift mit B bezeichne. Für A benütze ich Cod. Fol. 318 der Stadtbücherei Erfurt (fol. 215^{ra}-216^{rb}).

Texte über den intellectus agens.

A. Cod. Fol. 318 fol. 215^{ra}-216^{rb} der Stadtbücherei Erfurt.

Quoniam autem sicut in omni natura. Determinato de substantia intellectus possibilis, hic intendit de substantia intellectus agentis. Et dividitur in duas <partes>. In prima determinat de substantia intellectus agentis in se, secundo que incipit ibi: *et hic quidem* in comparatione ad intellectum possibilem. Prima in duas <partes dividitur>. Im prima ostendit, an sit intellectus agens, secunda que secundum aliam translationem incipit: *et intellectus* ostendit, quid sit. Primum ostendit. In omni re naturali est aliquid ut materia et aliquid ut agens sive efficiens et tertium, quod ab agente derelinquitur in materia. Cum igitur consideratio de anima sit consideratio naturalis et anima sit unum naturaliter entium, ut vult *Commentator*, oportet has tres differentias in anima reperiri scilicet aliquid, quod sit ut materia, et hoc est intellectus possibilis, et aliquid, quod est agens sive efficiens, et hoc est intellectus agens, et tertium, quod ab intellectu agente fit <in> intellectu possibili. Illud tamen tertium non exprimit, sed quidam dicunt, quod illud est intellectus adeptus. Sed satis innuitur per hoc, quod dicit quod oportet esse agens, a quo fiunt aliqua in materia. Sic igitur patet, quod intellectus agens est. Consequenter cum dicit: *et intellectus* secundum quem intelligit omne, quod est littera alterius translationis, determinat, quid est intellectus agens dicens, quod est habitus quidam ut lumen, per quem fiunt intelligibilia potentia actu intellecta. Sicut enim lumen facit visibile potentia videri actu, sic quodammodo intellectus agens facit potentia intelligibilia actu intellecta (216^{rb}). Propter quod dicitur habitus quidam ut lumen. Consequenter cum dicit: *et hic idem* comparat intellectum agentem ad intellectum possibilem assignando differentias et convenientias eorum ad invicem. Et primo dat duas convenientias et est, quod intellectus agens est separatus immixtus, hoc est immaterialis, et omnino impassibilis. Et in istis tribus convenit cum intellectu possibili. Quod autem ista tria convenient intellectui agenti, potest demonstrari eodem modo, quo demonstrantur de intellectu possibili.

¹ F. Van Steenberghen, Siger de Brabant d'après ses œuvres inédites I, Louvain 1931, 152-155.

Consequenter cum dicit: *substantia actu est* dat differentias eorum ad invicem et dat tres vel quattuor. Prima est, quod intellectus agens est substantia in actu ita quod non est in eo potentia aliquid sicut in intellectu possibili est potentia ad accipiendum formas. Quod sic probat. Universaliter verum est, quod agens nobilius est patiente et omnino principium movens et efficiens materia. Cum igitur intellectus possibilis sit substantia ens in potentia ad susceptionem formarum intelligibilium, intellectus agens erit substantia in actu respectu illarum ita scilicet quod non est in potentia ad illas, sed magis semper actualiter habet omnia intelligibilia penes se. Aliter enim non haberet prerogativam vel nobilitatem quantum ad hoc intellectus agens super possibilem. Consequenter cum dicit: *idem autem est* dat secundam differentiam et est, quod scientia sive actio intellectus agentis est eadem cum sua substantia et sic simul sunt. Intellectus autem possibilis prior est tempore in hoc individuo quam sit sua scientia sive sua operatio et etiam quam scientia intellectus agentis et ita quam sua substantia, simpliciter tamen est posterior sicut patet de motu locali, qui in hoc individuo generabili et corruptibili posterior, simpliciter tamen prior est in ipsis. Simpliciter enim loquendo est motus localis prior omnibus aliis motibus. Consequenter cum dicit: *omnino autem* potest dici, quod dat tertiam differentiam, que est, quod intellectus agens non est in tempore, cum <non> aliquando intelligit aliquando non, sed semper, intellectus possibilis aliquando intelligit, aliquando non et ita est in tempore. Vel posset dici, quod hec differentia datur intelligi per secundam. Cuius enim actio eadem est cum sua substantia, illud semper est et ita non est in tempore. Et intelligendum (216^{ra}), quod quamvis scilicet intellectus agens <semper> intelligit, non tamen semper facit suam actionem, que est facere formas potentia scilicet intelligibiles actu intellectas, sicut est de luce, que semper lucet, non tamen semper corpus facit actu lucidum ut si corpus non coloratum sit. Similiter intellectus agens non semper abstrahit speciem a conditionibus materialibus ita secundum quod recipiantur semper sunt in actu possibili, sed solum cum invenit ipsam speciem rei intelligibilis in ymaginatione. Et ex hoc est, quod intelligimus cum volumus. Quia enim in nobis est ymaginari, sunt intelligibiles quas scilicet ymaginativas abstrahit statim intellectus agens et facit recipi in intellectu possibili. Propter quod licet non semper intelligamus, tamen intelligimus cum volumus. Consequenter cum dicit: *separatus autem* dat ultimam differentiam et est, quod intellectus agens et secundum suam substantiam et secundum suam operationem hoc est secundum suum intelligere est separabilis et incorruptibilis, intellectus autem possibilis quamvis non secundum suam essentiam tamen secundum suam operationem hoc est secundum suum intelligere est inseparabilis et corruptibilis. Non enim intelligit scilicet intellectus possibili sinquantum huiusmodi nisi mediante virtute materiali ut mediante ymaginatione. Et sic patet, quod differentie intellectus patent agentis ad possibilem.

Ex quibus resultat dubitatio, utrum scilicet non et eadem sit substantia intellectus agentis et possibilis aut non. Sed substantia intellectus possibilis est intra, substantia autem intellectus agentis extra ut aliqua natura

angelica vel natura superior natura angelica. Circa quod secundum diversos diversitate sentiendum est. Volunt enim quidam modum primum scilicet quod una et eadem sit scilicet utriusque <substantia>, que quidem secundum quod inclinationem <habet> ad ymaginationem, a qua recipit formas intelligibiles, dicitur substantia intellectus possibilis. Sub hoc enim esse aliquo modo ligatur cum materia et hoc modo ei conveniunt ea, que predeterminedata sunt de substantia intellectus possibilis. Eandem autem substantiam, prout in se est considerata, dicunt esse substantiam intellectus agentis et hoc modo ei conveniunt predeterminedata de substantia intellectus scilicet agentis et quod sic sit eadem substantia utriusque et non una intra et alia extra, ut dicitur. Modo secundo videntur habere ex hoc, quod dicit in littera, quod necesse est in anima esse has differentias idem etiamsi <per> plures rationes potest confirmari quam secundum Aristotelem quam secundum Commentatorem. Sic igitur dicunt quidam. Alii autem concedunt modum secundum concedentes aliam esse substantiam intellectus possibilis et agentis dicentes (216^{rb}) substantiam intellectus possibilis esse intra substantiam autem intellectus agentis extra. Et huius opinionis sunt multi theologi, qui dicunt intellectum agentem <esse> in nobis intellectum primum, qui quidem intellectus est lux vera, lux enim vera, que illuminat etc. et quia ista lux interior nostre anime quam ipsa sibi ipsi. Et hoc videntur habere ab Aristotele per hoc quod dicit intellectum agentem esse habitum ut lumen et etiam per hoc quod innuit hic secundum Commentatorem, quod substantia intellectus est sua actio. Non enim manifestum est hoc esse verum nisi de primo.

B. Ms. lat. quart. 906 der Preußischen Staatsbibliothek. Fol. 157^r-158^v.

Determinat hic de intellectu agente.

In habentibus autem. Quoniam autem sicut in omni. In parte precedenti determinat auctor de intellectu possibili. In hac parte determinat de intellectu agente et procedit sic. Primo ostendit, quod intellectus agens est, tali ratione. In omni genere rerum naturalium est aliquid ut materia, quod est in potentia omnia illa que sunt in illo genere, aliud autem principium, quod est efficiens, quod facit omnia illa, que sunt in illo genere in materia tali. Sed anima est res naturalis. Ergo in genere debet istas differentias invenire. Huius rationis primo ponit maiorem et hoc : *quoniam autem* sicut et declarat causam per simile, quia in artificialibus reperiuntur iste due differentie. Est enim ars principium efficiens et est etiam ibi materia extra sicut lignum et lapis et hoc est ut *ars ad materiam* quidem quam compositionem talis efficientis habet ars respectu materie.

Anime materialis sunt iste due differentie
intellectus agens et possibilis.

Consequenter infert Commentator et hoc est *Necesse est* et exponit causam dicens, quod una differentia anime scilicet materialis est intellectus

possibilis, qui recipit omnia intelligibilia (fol. 157^r). Alia autem differentia est intellectus agens, qui omnia intelligibilia in potentia facit esse actu intellecta et hoc est *huius autem*.

Intellectus agens est sicut lumen.

Consequenter ostendit, quid est intellectus agens dicens, quod intellectus agens est quidam habitus sicut lumen. Sicut enim lumen facit omnes colores, qui sunt tantum potentia visibiles, actu videri, sic intellectus agens facit de intelligibilibus in potentia intellecta in actu et hoc est *sicut habitus*. Et nota, quod cum intellectus possibilis nullam speciem de se habeat in actu, sed solum in potentia, nihil quoque actu intelligit nec potest aliquam speciem recipere nisi a virtute ymaginativa, cui est copulatus. Talis est enim proportio intellectus ad intentiones ymaginabiles, qualis est ipsius sensus ad formas sensibiles. Cum igitur intentiones ymaginabiles non possint de se movere intellectum materiale possibilem eo quod sunt individue materiales, intellectus autem possibilis separatus a materia et non recipit nisi formam universalem, necesse fuit ponere alium motorem, qui faciat formas imaginatas movere intellectum possibilem in actu et iste motor est intellectus agens, qui abstrahendo huiusmodi intentiones a materia facit eas universales et intellectas in actu. Et sic recipiuntur ab intellectu possibili.

Proprietates intellectus agentis.
Intellectus agens differt ab intellectu
possibili per quatuor differentias.

Consequenter ponit proprietates intellectus agentis et primo communes dicens, quod intellectus agens est separatus a materia et impermixtus corpori et impassibilis sicut possibilis et hoc est *intellectus*. Consequenter ponit proprietates, secundum quas differt ab intellectu possibili. Et est prima, quod intellectus agens est semper in actu et hoc probat sic. Omne agens est nobilius patiente et principium efficiens nobilius est materia in quam agit. Sed substantia intellectus possibilis est in potentia. Ergo substantia intellectus agentis erit circa substantiam in actu, quia intellectus agens facit intellectum possibilem in actu, ut iam dictum est. Primo ponit Commentator et hoc est substantia, secundo sua ibi *semper enim*. Secunda differentia est talis. Intellectus agens semper est sciens secundum actum, intellectus possibilis non, quia in intellectu possibili prior est scientia tempore in potentia quam scientia in actu. Sed in intellectu agente nullo tempore est scientia in potentia et hoc est *idem autem*. Construe sic. Scientia secundum actum est idem rei id est intellectui agenti. Et intellige non secundum substantiam, sed secundum subiectum, quod intellectus agens est semper sciens secundum actum, vero possibilis, qui secundum scientiam est secundum potentiam. *Est principium tempore* id est prior super quam scientia secundum actum in uno intellectu scilicet possibili. Sed scientia in potentia omnino neque super in tempore (fol. 158^r) est sed in intellectu agente. Consequenter ponit tertiam differentiam et est, quod intellectus agens ea que scit actu non aliquando

considerat aliquando non, sed semper actualiter, intellectus possibilis non semper considerat ea que scit actu et hoc est *sed non aliquando* et habent se iste tres differentie per ordinem. Prius enim est, quod intellectus ut substantia in actu, secundum, quod sciat in actu semper, tertium, quod ea que scit actu semper considerat actu. Sed intellectus possibilis est sic existens in potentia solum quantum de se est et scit tantum in potentia de se et etiam cum est sciens in actu non semper actu considerat.

Intellectus agens est separatus a materia
secundum substantiam et actionem.

Quarta differentia est, quod intellectus agens est separatus a materia totaliter scilicet tam secundum substantiam quam secundum actionem. Utroque etiam modo est incorruptibilis et perpetuus. Sed intellectus possibilis est separatus a materia secundum substantiam suam et non secundum actionem et est incorruptibilis secundum substantiam et non secundum actionem et hoc est *separatus autem* et glosa illud quod dicit quod et *vere est* id est vere secundum quod est quod dicit secundum se totum tam substantiam quam operationem.

Intellectus possibilis non reminiscitur
post mortem et causa quare.

Et quia ex precedentibus iam patet, quod uterque intellectus secundum suam substantiam est incorruptibilis et separatus a corpore crederet aliquis, quod post mortem possit intellectus possibilis reminisci mediante intellectu agente sicut in vita. Hoc removet dicens, quod non reminiscitur post mortem et hoc est *non reminiscimur autem* scilicet post mortem. Consequenter dat causam huius et est, quia intellectus possibilis non est passibilis ab aliqua specie quam immediate recipiat, quia necesse est, ut prius virtus inferior ut ymaginatio immutetur a specie sensibili et quod illa species abstracta a materia per intellectum agentem moveat intellectum possibilem. Sic ergo intellectus possibilis non est intellectus passivus id est virtus ymaginativa, que prius immutatur a specie deposita in virtute conservativa. Ymaginatio autem sive passivus intellectus corrumpitur cum corpore, sine qua non intelligit intellectus possibilis et ita non reminiscitur post mortem et hoc est *quod hic impassibile*. Et huic litere concordat alia translatio que dicit, quia ille non est passibilis. Alicubi tamen est in litera, quod hic passibilis sit. Et tunc dicit, quod intellectus possibilis non reminiscitur post mortem eo quod hic scilicet intellectus sit passibilis post mortem sicut ante. Aliquo modo enim patitur, cum recipit speciem a virtute ymaginativa, quod dicit, quod non per hoc reminiscitur, quia post (fol. 158^v) mortem non est sic passibilis eo quod non est passivus intellectus ymaginatio, a qua pati debet. Et sic intellige, quod non est hic aliquid hereticum, quia non intendit dicere, quod modo non intelligit intellectus post mortem. Sed proprie sumendo reminiscencia non recordatur, quia recordari proprie est speciem depositam in virtute ymaginativa iterato intellectui possibili offeri et ab eo recipi.

Post mortem intellectus scit
omnia que fecit in vita.
Sed nota, quod intellectus
dicitur quatuor modis.

Mediante intellectu possibili intelligimus in hac vita.

Post mortem autem omnia scit intellectus ea, que fecit in vita, non recordando nec recipiendo ipsa a virtute ymaginativa nec sub ratione reminiscentie, sed sicut modo separate intelligentie intelligunt.

Nota etiam secundum Commentatorem, quod quattuor modis dicitur intellectus. Uno modo proprie dicitur de virtute imaginativa et hic vocatur intellectus passivus et sic accipitur hic. Alio modo dicitur de intellectu, qui recipit species intelligibiles et fit idem cum eis et sic vocatur intellectus possibilis eo quod in potentia est et mediante tali intellectu intelligimus in hac vita. Tertio modo dicitur intellectus agens, qui abstrahit species intelligibiles et facit universales et ab intellectu possibili recipi. Quarto modo dicitur intellectus speculativus sive adeptus et ille est effectus ab intellectu agente in intellectu possibili. Nihil enim aliud est quam species recepte ab intellectu possibili et intelligere in actu et ita est extrema perfectio hominis secundum Commentatorem.
